

Zd  
2036





R. K. 264. 15

Z d  
2036

Exiguum monumentum

M A G N O   V I R O   D.  
A N D R E Æ   P A V L ,   I . C.  
in Hartha , coxtaneo à teneris notissi-  
mo, amico, fratri fidelissimo, &  
observando;

*Fridericus*

*Joannes*

*Petrus*

*Eberhartus, Fratres à Weihe:*


Pro indiviso posuerunt, individu-  
um amorem profitentes.



W I T E B E R G AE  
Impressum typis Simonis Gronenbergii.  
M. D. X C.

ДОЛГОВАМ  
ОДЛАУДЯДИА  
СЛОВО СЛОВО СЛОВО  
ОГЛАВЛЕНИЕ

БИБЛИОТЕКА  
САНКТ-ПЕТЕРБУРГА  
САНКТ-ПЕТЕРБУРГА  
САНКТ-ПЕТЕРБУРГА



P. M.

**M**agnificus Dominus An-  
dreas Paul, I.C. in Hartha, Divorum,  
Augusti & Christiani, potentissimo-  
rum Saxoniæ Ducū, R. Imp. Archim.  
& Electorum consiliarius intimus & fidelissimus,  
ex antiqua familia, Avo & Patre Gerhardo Coss.  
Matre Lucia Brakel, Brunsvige, Anno Chri-  
sti C I D. I D. XLIII. Die  
Simonis Iudæ natus;

In Germaniæ, Italiæ, & Galliæ Academiis inge-  
nuè & liberaliter educatus, in iisque legi-  
timam ad sapientiam viam secutus:

Deo carus, carus relligioni, carus Reip.ca-  
rus Musis, gratus Principibus &  
admirationi :

Vel illis ipsis locupletissime testantibus;  
tum omnibus bonis & eruditis viris,  
improbis terrori fuit:

Dum venerat illa inevitabilis hora, ut longè antè  
didicerat, magno & æquo animo, vir ingenio, na-  
tura

tura & corpore magnus, sciens diu vivere, esse diu  
torqueri, angi & dolere in omni sorte, IV.

Maji, hora VI. matutina, Anno  
Christi CIC. ID. XC.

Ex servitute, condimentorum hujus vitæ, mole-  
stiarum, calumniarum, ægritudinis, & dolorum  
non expers, prosperè & feliciter peractis Polonicis,  
Italicis & aliis legationibus, in æternam  
libertatem, gloriam, regnum supre-  
mi Imper. & commune piorum  
domicilium migravit.

In hoc brevi vitæ curriculo, & fragili taberna quā-  
vis asscutus erat omnes corporis & animi artes:  
mundūmque ipsum, Principum aulas, vitam, inge-  
nium, genus, potentiam, consilia & actiones, men-  
tis & corporis oculis perlustrarat, & ubi opus erat,  
sapere, dicere, & facere didicerat: norātque loqui  
cum Græcis, Romanis, Gallis, Italies, Germanus:  
omniaque ea probè, quæ in sacris Pandectis, jure  
omnium gentium, Historijs, Politicis, Philosophis,  
tām belli, quām pacis tempore necessaria, conti-  
nentur: ( Nec tantū legerat plurima, sed etiam  
meminerat, quæ meminerat, ubi volebat, in loco,  
gravi & suavi sermonis genere referebat ) pos-  
sideret

s. A

sideret opes amplissimas, fruereturque gratia &  
benignitate Principum Germanorum, Italorum,  
Gallorum, & sancta veraque amicitia pra-  
stantissimorum in Europa  
virorum:

Tamen

Pietas in eo viro doctrinam,

Conscientia scientiam,

Natura artem,

Sapientia etatem,

Publicum privatum,

Magnanimitas fortunam,

Humanitas dotes animi superabat.

Mundum & reliqua omnia, quæ speciem be-  
atitatis in hac vita habere videntur, contemnebat,  
eademque vel prorsus vana vel im-  
perfecta ducebat.

Quamobrē ad summā respiciens & perfectissi-  
mam felicitatem contendens, opes & hanc vitam  
mortaliū cāducām: optimē tamen in his terris  
peractam, cum æterna, æternæ vitæ auctore juben-  
te & admonente, quidem lubens, feliciter, piè &  
constanter, de relictis non sollicitus, in veræ fidei  
missione

A 3

nunquam

nunquam mutatæ & dissimulatæ confessione, sed  
cum Europæ universæ, satis antè afflictæ, & jam  
insuper tanti viri orbitate concussæ, de-  
trimento commutavit:

Animam

Animæ Creatori;

Monumentum, cavernam, & Sepulchrum  
animæ

Sepulcro & terræ Hassiacæ,

(Vndiquaq; enim Christi fidelibus ad cœ-  
lestia regna patet aditus.)

Quam cum potentiss. Elector. Saxon.

Princip. Clementiss. ingressus erat:

Rempub,

Divinæ protectioni & principum curis  
commendans.

Liberum ergò, magnum, & beatum, imperfe-  
ctum, & mortalem, quem antea prædicasti; im-  
mortalem & perfectum, multò majorem &  
beatiorem cur non prædicares?

Constat ex his, quis fuerit Andreas Paul, & quis  
jam sit? Restat ut cogitemus, qui qualés-  
que simus, & in futurum erimus.

Memoria

Memoria

Et anima beata viri optimi & beati sit in gloria &  
benedictione: Corpus in sepulcro ex-  
pectet resurrectionem.

Benè gestorum,

Egregiæ virtutis, doctrinæ, immortalis laudis  
memoria vel fremente mundo & im-  
mundo non senescet.

Virtus invidiam fregit:

Neque criminationi est Jocus ulli:

Vbi laus occupat omnia.



Zd 2036 AK

X2207299



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-442918-p0012-5

DFG

# Farbkarte #13

B.I.G.

Black  
White  
3/Color  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

Centimetres  
Inches



Exiguum monumentum

MAGNO VIRO D.  
ANDRÆ PAVL, I.C.  
in Hartha, coxtaneo à teneris notissi-  
mo, amico, fratri fidelissimo, &  
observando;

*Fridericus*

*Joannes*

*Petrus &*

*Eberhartus, Fratres à Veihe:*

Pro indiviso posuerunt, individu-  
um amorem profitentes.



WITBERGAE  
Impressum typis Simonis Gronenbergii.  
M. D. XC.